

& Leipsana, militi alendo divendere. Ecclesiis Organa Pneumatica, æra, atque marmora, detrahere. Justitiæ sacerdotes, exemplo inaudito, hospitationibus pressos, in exilium agere. Denique, supplicationibus pro Pace indictis intercedere. Subjuncta est pro Coronide, de Titulo Advocati Ecclesiæ, Augg. Rom. Impp. jam olim à primis seculis proprio, Dissertatio. Cum quæsito: An non sit justum, Ecclesiam Advocato, Patrono, & Defensori opitulari? An non injustum, Primogenitum Ecclesiæ qui se nuncupat, id velle impedire? Veneunt in officina superlativorum positivo carentium. Sub signo, *Superficies sine solo.*

VII. *De duratione fœderis Gallo-Suecici.* cujus nimirum Tabulæ, ferreæ; Signaculum, sanguis Teutonicus; Pignus, terrarum nobilissima Germania. Pignore Discusso, reliquus Christianus Orbis. Testes, Ambitio & Avaritia. Tractatus novus, diu desideratus.

Subsequuntur Gallorum, Suecorumquæ, paribus votis & viribus Imperium ambitiosè agitantium, corrivationes: & ob nimiam,
horum